

uolent dimittere ihm, ut illi subdamabant dicentes,  
 crucifige crucifige illum, **I**lle autem tertio dixit ad illos,  
 Quid illenim male fecit iste nullam causam mortis inuenio  
 in eo, Corripiam ergo illum & dimittam,

**E**t illi instabant uocibus magnis postulantes, ut crucifigeretur  
 & inualesebant uoces eorum, **E**t pilatus ad iudicauit  
 fieri petitionem eorum, Dimisit autem illis eum qui propter  
 homicidium missus fuerat in carcerem quem petebant, ihm  
 uero tradidit uoluntati eorum, **E**t cum ducerent eum  
 apprehenderunt simonem quendam cymensem ueniensem de  
 uilla & inposuerunt illi crucem portare post dnm,

**S**equerebatur autem illum multitudo populi & mulierum  
 quae plangebant & lamentabantur eum, Conuersus  
 autem ih̄s ad illas dixit, filiae hierusalem nolite flere  
 sup me sed sup uos ipsas flete & sup filios uros, quo etiam  
 uenient dies in quibus dicent, Beatae steriles & uentri ei  
 qui non genuerunt & ubera quae non lactauerunt, tunc  
 incipient dicere montibus cadite sup nos & collibus operite  
 nos, quia si in uiridi ligno haec faciunt in arido quid fiet?

**D**ucebantur autem & alij duo nequam cum eo ut interficerent eum  
**E**t postquam uenerunt in locum qui uocatur caluariae ibi  
 crucifixerunt eum, **E**t latrones unum ad dexteris & alterum  
 a sinistris, **I**hs autem dicebat, pater dimitte illos, non enim  
 sciunt quid faciunt, **D**iuidentes uero uestimenta eius mise-  
 runt sortes, & stabat populus expectans,

**E**t deridebant illum principes eorum dicentes, alios saluati  
 fecit se saluum faciat sibi est xpi dei electus,

**I**n iudebant autem ei & milites recedentes & accedum offe-  
 rentes illi dicentes, si tu es rex iudeae saluum te fac,

**E**rat autem & sup scriptis scripta sup illum litteris grecis